

CONCILII CONSTANTIENSIS

nunciarici faciat. Et nihilominus contra eosdem omnes & singulos utriusque sexus, D
 huiusmodi errores tenentes, approbantes, defendantes, dogmatizantes, ac fautores &
 receptatores & defensores eorumdem, exemptos & non exemptos, & quilibet ipsos
 rū, cuiuscunq; dignitatis, status, praeeminentia, gradus, ordinis uel conditionis (ut
 praefertur) existant, autoritate nostra diligenter inquirete studeatis, & eos quos per
 inquisitionem huiusmodi diffamatos, uel per confessionem eorum, seu per facte eius
 densiam, uel alias huiusmodi haeresis & erroris labores respersos reperiatis, autoritate
 praedicta etiam excommunicationis, suspensionis & interdicti, necnon priuatio-
 nis dignitatum, personatum & officiorum, aliorumq; beneficiorum ecclesiasticorum
 ac feudorum, quæ à quibuscumq; ecclesiis, monasterijs ac alijs locis ecclesiasticis obti-
 nent, ac etiam honorum & dignitatum secularium, ac graduum scientiarum quarti-
 cunq; facultatum, & per alias poenias, sententias, & censuras ecclesiasticas ac uias &
 modos, quos ad hoc expedire seu oportunos esse uideritis, etiam per captiones &
 incarcerationes personarum, & alias poenas corporales, quibus haeretici puniuntur
 seu puniri iubentur, aut solent iuxta canonicas sanctiones. Similiter & clericos ipsos
 & ecclesiasticas personas, usq; ad degradationem inclusive, si eorum culpa ac perti-
 nacia uel rebellio id exigat aut requirat, corrigit & puniat, ac diligenter corrigi
 & puniri faciat, necnon contra eosdem ipsorum laicorumq; bona secundum cano-
 nicas sanctiones & legales, contra haereticos & eorum sequaces editas, quibus eosde-
 fectatores sive sequaces subiacere decernimus, animose cōsurgatis iuxta modum &
 formam supradictos. Et qui de præmissis haeresis uel articulis uel aliquo præmis-
 sorum infamati fuerint, ad arbitrium uestrum se purgare teneantur. Alij vero qui p-
 testes seu propriam confessionem uel alias legitimas probationes conuicti fuerint de
 prædictis haeresis uel articulis uel aliquo præmissorum, eosdem articulos & erro-
 res solemniter & publice reuocare, abiurare, poenitentiam condignam, etiam ad im-
 murationem (si delictum exegerit) subire cogantur, necnon quod errores & haer-
 es huiusmodi cuiuscunq; generis uel speciei censeantur, de cetero, uerbo, nutu uel
 facto non souebant, seu alios ad credendum illis uerba uel facto, publice uel occulta,
 directe uel indirekte, aut alio quouis modo inducent, sufficientem & idoneam cau-
 tionem præstare teneantur. Quod si forsan eosdem articulos solemniter & publice re-
 uocare & abiurare, & poenitentiam condignam, etiam ad immurationem perpetua-
 uel temporalem iuxta uestra discretionis arbitrium sine dilatione subire, ac suffici-
 entem cautionem quod errores & haereses ipsas de cetero non tenebunt nec soue-
 bunt, nec alios ad credendum uel uerbo uel facto, publice & occulte, directe uel in-
 direkte, uel quouis quæsito colore inducant, præstare, seu aliquid præmissorum fa-
 cere uoluerint, extunc contra ipsos iuxta qualitatem errorum ac delictorum suorum
 (etiam si expedit) tanquam contra haereticos aut haeretica labe respersos, autorita-
 te nostra iuxta canonicas & legales sanctiones sumarie & simplicer ac de plano si-
 ne strepitu & figura iudicii, & etiam ex officio, appellatione seu appellacionibus q-
 buscumq; cœstantibus, procedatis, ac ipsos iuxta easdem canonicas traditiones punia-
 tis, etiam si opus fuerit, curia seculari relinquendo. Contradictores per censuram ec-
 clesiasticam, appellatione postposita, compescedo, inuocato ad hoc (si opus fuerit)
 auxilio eiusdem brachii secularis, non obstantibus tam felicis recordationis Bonifa-
 ci, pape octauij prædecessoris nostri, qua cauetur, ne quis extra ciuitatem & diœcesim
 suam, nisi in certis exceptis casibus, & in illis ultra unam diætam a fine diœcesis
 ad iudicium euocetur, seu ne iudices à sede apostolica deputati, extra ciuitatem & di-
 œcesim in quibus deputati fuerint, contra quoscumq; procedere, siue alijs uel alijs ui-
 ces suas committere, aut aliquos ultra unam diætam a fine diœcesum corsu[m] trahe-
 re præsumant, & de duabus diætis in concilio generali, q; alijs quibuscumq; constitutio-
 nibus Romanorum pontificis, tam à iudicib[us] delegatis, q; personis ultra certū numerū
 ad iudicis non uocatis, aut alijs editis, quæ possint in hac parte uestræ iurisdictioni